

λε'. π πλοίου ἀποβολὴν τῆς καταρτίας ὑπομείναντος.	de nave iacturam arboris passa.	35.
λε'. π πλοίου ἐν τῷ ἀρμενίζειν ἔτερον πλοῖον καταδιδόντος.	de nave vento ducta in alteram navem impingente.	36.
λε'. π πλοίου κλασματισθέντος, τὰ δὲ τῶν ἡμπόρων καὶ ἐπιβατῶν σωθέντα.	de nave fracta, rebus mercatorum vectorumque servatis.	37.
λη'. π πλοίου σίτου πεφορτωμένου καὶ ἐν ζέλῃ καταλειφθέντος. <sup>1</sup>	de nave frumento onerata tempestateque recepta.	38.
λη'. π πλοίου πεφορτωμένου βοῦταις καὶ πόσου τῆς ἐνθήκης σωθέσης.	de nave onerata et de quantitate oneris servati.	39.
μ'. π πλοίου ναυαγήσαντος καὶ μέρος τι τοῦ πλοίου καὶ τῆς ἐνθήκης σωθέντων.	de nave naufragium passa et navis onerisque parte servata.	40.
μα'. π πλοίου διαφθαρέντος, τὰ δὲ τῶν ἐπιβατῶν σωθέντα ἢ συναπολεσθέντα.	de nave iacturam passa, rebusque vectorum servatis vel simul perditis.	41.
μβ'. π πλοίου τρυπήσαντος φορτία κομίζοντος.	de nave rimis laborante onera vehente.	42.
μγ'. π πλοίου ἐκβολὴν ποιήσαντος τοῦ γόμου καὶ τῶν ἔξαρτίων.	de nave quae oneris armamentique iactum fecit.	43.
μδ'. π πλοίου ἐκβολὴν τῆς καταρτίας ἢ τῶν αὐχένων ἐν ζέλῃ ὑπομένοντος.	de nave quae ob tempestatem arboris vel gubernaculorum iactum passa est.	44.
με'. π τοῦ ἀποσώζοντος ἐκ τοῦ πελάγους εἰς γῆν τι πλοίου ναυαγήσαντος.	de eo qui ex nave naufragium passa ex mari aliquid ad terram salvum refert.	45.
με'. περὶ τοῦ ἀποσώζοντος κάροβον ἐκ πλοίου ἀπορρίξαντος.	de eo qui lintrem a nave avulsum servat.	46.
μζ'. π τοῦ ἀποσώζοντός τι ἐκ τοῦ βυθοῦ ἐκ πλοίου ναυαγήσαντος.	de eo qui ex profundo aliquid ex nave naufragium passae servat.	47.
ΑΡΧΗ ΤΟΥ ΝΟΜΟΥ.		
α'. Έὰν πλοίον ὁρᾶ ἐπὶ λιμένα ἢ ἐν ἀκτῇ καὶ σύλα πάθῃ τῶν ἀγκύρων καὶ κατασχεθεῖς ὁ κλέπτης ὄμολογήσῃ, τοῦτον κελεύει ὁ νόμος βασανίζεσθαι καὶ τὴν προσγενομένην ζημίαν ἀπολογεῖσθαι κατὰ τὸ διπλάσιον.	Si navis adpellit ad portum litusve et ancorarum furtum patitur, et fur deprehensus confitetur, iubet lex eum tormentis subdi et damnum inde ortum in duplum resarcire.	1.
β'. Έὰν βούλήσει τοῦ ναυκλήρου οἱ ναῦται σύλα ποιήσωσιν ἀγκύρας πλοίου ἔτερον ὁρμῶντος ἐν λιμένι ἢ ἐν ἀκτῇ καὶ συμβῇ ἐντεῦθεν ἀπώλειαν γενέσθαι τοῦ πλοίου τοῦ τὰς ἀγκύρας συληθέντος, καὶ τούτων οὐτως ἐν ἀκοιβείᾳ ἀποδεικνυμένων, πᾶσαν τὴν προσγενομένην ζημίαν ἐν τῷ πλοίῳ καὶ τὰ <sup>2</sup> ἐν τῷ πλοίῳ σῶα ἀποδιδότω ὁ ναύκληρος ὁ τὰ σύλα ἐπιτρέψας γενέσθαι. Έὰν δὲ τις κλέψει σκεύη πλοίου ἢ τι τῶν ἐν τῷ πλοίῳ χρηματιζόντων, τουτέστι σχοίνων <sup>3</sup> τε καὶ καρναβίων ἢ ἀρμένων ἢ διφθέρων καὶ καρδάβων καὶ λοιπῶν, διπλαὶ ἀποδιδότω ὁ τὰ σύλα ποιήσας.	Si magistri voluntate nautae furtum fecerint ancorae alterius navis in portu litoreve consistentis, et inde contingat perire navem, quae ancoris spoliata fuerit, cum haec ita diligenter fuerint probata, omnem iacturam quae facta est circa navem et ea, quae in navi fuerint, integre praestato magister qui furtum fieri permisit. Sin autem quis subrepserit instrumentum navis vel quid eorum quae in navi adhibentur, veluti funes et cannabinos rudentes et vela et segestria et lintres et cetera, in duplum restituat is qui furtum admisit.	2.

<sup>1</sup> ita cod. 1. —ληφθ. <sup>2</sup> τοῖς ed. <sup>3</sup> ita et deinceps cod.

γ'. Έὰν ναύτης κελεύσει τοῦ νευκλήρου ἀλοπῆν ποιήσῃ ἐμπόρου ἢ ἐπιβάτου καὶ καταληφθεῖς κατασχεθῆ, ὁ ναύκληρος διπλαὶ ἀποδιδότω τοῖς τὰ σύλα παθοῦσιν· ὁ δὲ ναύτης λαμβάνεται ἔνλαγώγια ἐκατόν. Έὰν δὲ ναύτης αὐτοβούλως συλήσῃ μὲν, κατασχεθῆ δὲ ἢ καὶ διὰ μαρτύρου ἔλεγχθῆ, σφοδρῶς βασανίζεσθαι, ἐὰν καὶ μάλιστα τὰ σύλα χρυσίου ἢ καὶ τὴν ἀποκατάστασιν τῷ συληθέντι ποιείτω.

δ'. Έὰν ἐν τόπῳ συλωμένῳ ἢ ληστενομένῳ κατάξῃ πλοῖον, μαρτυρουμένων τῶν ἐπιβατῶν τῷ νευκλήρῳ τὴν τόπου αἰτίαν καὶ συμβῆ συληθῆναι, ἀποδιδότω ὁ ναύκληρος τοῖς συληθεῖσιν. Έὰν δὲ τοῦ νευκλήρου ἀπομαρτυρουμένου, καταγάγωσιν οἱ ἐπιβάται τὸ πλοῖον καὶ συμβῆ τι, ὑποκίσθωσαν τὴν ἔημίαν οἱ ἐπιβάται.

ε'. Έὰν ναῦται μάχην ποιήσωσι, λόγοις ποιήτωσαν καὶ μηδεὶς κρονέτω τὸν ἔτερον. Έὰν δὲ καὶ τις κρούσει τὴν κεφαλὴν καὶ ἀνοίξει ἢ ἐτέρως προσκυλλάσει, παρεχέτω ὁ κρούσας τὸν μασθοὺς τοῖς ιατροῖς καὶ τὰ ἀναλόματα τῷ ἀδικηθέντι καὶ τὸν μασθὸν ὅλου τοῦ χρόνου τῆς ἀργίας καὶ ἐπιμελείας.

ϛ'. Έὰν ναῦται μάχην ποιήσωσι καὶ τις κρούσει λίθῳ [ἢ] ἔնλῳ, πάλιν δὲ ὁ κρουσθεὶς πατάξει τὸν τὸ πρῶτον κρούσαντα, ὡς βιασθεὶς ἐποίησεν. εἰ δὲ καὶ θάνη ὁ κρουσθεὶς καὶ μαρτυρηθῆ ὅτι πρῶτος ἐκρουσεῖν ἢ λίθῳ ἢ ἔνλῳ ἢ σιδήρῳ, ὁ πατάξας εἰτὸν καὶ θανατώσας ἀκίνδυνος ἔσται ὁ γὰρ ἡθέλησε ποιῆσαι ἐπαθεῖν.

ζ'. Έάν τις τῶν νευκλήρων ἢ ἐμπόρων ἢ ναυτῶν κρούσει τινα χρόνθον καὶ πηρώσει ἢ λάξ δάσει fol. 37. καὶ συμβῇ κίλην<sup>1</sup> ποιῆσαι, δάσει ὁ κρούσας τὴν ἴτρειν<sup>2</sup> καὶ ὑπὲρ μὲν τοῦ ὀφθαλμοῦ χρυσίους διώδεις, ὑπὲρ δὲ τῆς κίλης χρυσίους δέκα. Εἴ δὲ ὁ λάξ κρουσθεὶς ἀποθάνῃ, ἔνοχος ἔσται ὁ κρούσας τῆς δίκης τοῦ θανάτου.

η'. Ἐπλευσεν ὁ ναύκληρος πιστευθεὶς τὸ πλοῖον καὶ εἰς ἄλλην χώραν ἀπέδρασεν βουλήσει τῶν ναυτῶν μετὰ χρυσίου· τὰ μὲν οἰνεῖα αὐτῶν ἀπαντα, κινητὰ ἀπίνητα καὶ αὐτοκίνητα, ὅσα ὑπάρχει αὐτοῖς, κατασχεθήσονται. καὶ ἐὰν μὴ ἡ τούτων ἐκτίμησις ικανὸν ποιήσῃ τοῦ πλοίου καὶ τῆς ἔργασίας καὶ τοῦ χρόνου, ἐν τῷ πιπρόσκεσθαι αὐτὰ, οἱ ναῦται ἔμα τῷ προναυκλήρῳ μισθούσθωσαν καὶ τὴν ἀποκλήρωσιν τῆς ἔημίας ποιείτωσαν.

ϟ'. Έὰν περὶ ἐκβολῆς βουλεύσηται ὁ ναύκληρος, ἐπερωτέτω τοὺς ἐπιβάτας, οἵς χρίμετά ἔστιν ἐν τῷ πλοίῳ. ὅ, τι δὲ ἐὰν γένηται, τόσῳ ψῆφον ποιείτωσαν. Συμβαλέσθωσαν δὲ εἰς συμβολὴν

Si nauta magistro iubente furtum mercatori vel vectori fecerit atque deprehensus fuerit, magister in duplum restituat eis qui furtum passi sunt, nauta vero accipiat fustis ictus centum. Si vero nauta sua sponte furatus sit, deprehensus autem sit vel per testes convictus, graviter tormentis subdatur, maxime cum id quod subripuerit aurum sit et id reddat ei, qui furtum est passus.

Si in locum rapinis vel latronibus infestum navis adducta sit, cum vectores loci condicionem magistro denuntiarent, rapinamque fieri contingat, magister eis qui spoliati fuerint damnum resarciat. quod si magistro denuntiante [malam loci condicionem], vectores navem adduxerint et aliquid contigerit, ipsi vectores damnum sentiant.

Si nautae rixam faciant, verbis rixentur et nemo alium percutiat. Si vero quis caput percusserit vulnusque attulerit vel aliter laeserit, percussor praestato medicis mercedes eique qui laesus est impensas et mercedes totius otii et curae temporis.

Si nautae rixam fecerint et quis saxo ligno 6. percusserit, rursusque is qui percussus est eum, qui prior percusserit, pulsaverit, tanquam coactus id fecit. Quod si is qui pulsatus est moriatur et testibus probetur eum priorem saxo, vel ligno ferrove percussisse, is qui eum pulsavit et occidit securus esto; ille enim quod facere voluit passus est.

Si quis ex magistris seu mercatoribus seu nautis 7. quem pugno percusserit et excoecaverit vel calce et contigerit herniam fieri, dabit is qui percussit medici impensas et pro oculo aureos duodecim, pro ramice autem aureos decem. Si is qui calce percussus est decesserit, ille qui percussit mortis iudicio obnoxius erit.

Navigavit magister, cui navis erat commissa, et 8. in aliam regionem aufugit voluntate nautarum cum auro; omnia ipsorum bona, mobilia immobilia et moventia, quaecunque habent, occupabuntur. Et si eorum aestimatio satis non faciat pro nave et opera et tempore, cum ea veneant, nautae una cum magistris operas suas locent ut et damnum integre resarciant.

Si de iactu consulere magister velit, vectores interroget, quorum bona sunt in navi. de eo quod fieri debeat, sententiam ferant. Contribuantur autem et merces; stragula autem et vestimenta et suppellectilis

<sup>1</sup> ita cod.      <sup>2</sup> ita cod.

καὶ τὰ χρήματα· στοχώματα δὲ καὶ ἴματια καὶ σκεύη πάντα ἐκτιμάσθω· καὶ ἐὰν γένηται ἐμβολή, τῷ ναυακλήρῳ καὶ τοῖς ἐπιβάταις μὴ πλείονος λίτρας μᾶς, κυβερνήτῃ δὲ καὶ πρωρεῖ μὴ πλείονος ἴμιλίτρουν, ναύτῃ γράμματα τοία. παῖδες δὲ καὶ εἴ τις ἄλλος συμπλέει, μὴ ἐπὶ πρόσει ἀγόμενος κατατιμήσθω.<sup>1</sup> ἐὰν δὲ τις ἐπὶ πρόσει ἄγηται κατὰ δόνο μάρνας. κατὰ τοῦτο δὲ καὶ ἐὰν χρήματα ἀφεγ- παγῇ ὑπὸ πολεμίων ἢ ληστῶν ἢ πειρατῶν σὺν τῶν διαφερόντων τοῖς ναύταις, καὶ ταῦτα εἰς τὸν συμψηφισμὸν εἰσερχέσθωσαν καὶ κατὰ τὸ αὐτὸν συμβελλέσθω. Εἰ δὲ σύμφωνον κερδοκοινωνίας ἔστι, μετὰ τὸ ἄπαντα συμψηφισθῆναι τὰ ἐν τῷ πλοίῳ καὶ τὸ πλοῖον κατὰ τὸ κέρδος ἐκαστος ἐπιγινωσκέτω καὶ τὴν προσγενομένην ζημίαν.

i. Ἐὰν ναύκληρος ἄμεις τοῖς ναύταις ἀμελήσῃ καὶ συμβῆ ζημίαν<sup>2</sup> ἢ ναυάγιον, ὁ ναύκληρος καὶ οἱ ναῦται ὑποκείσθωσαν τῷ ἐμπόρῳ εἰς τὴν ἀπόδοσιν τῆς ζημίας. εἰ δὲ ἀπὸ ἀμελείας τοῦ ἐμπόρου συμβῆ ἀπώλειαν τοῦ πλοίου καὶ τοῦ γόμου γενέσθαι, ὑποκείσθω ὁ ἐμπόρος ἐν τῇ ζημίᾳ τοῦ ναυάγιον καὶ τῇ τοῦ πλοίου. εἰ δὲ τοῦ ναύκληρου μὴ ἐμποδίσαντος, μηδὲ τῶν ναυτῶν, μηδὲ τοῦ ἐμπόρου, συμβῆ ζημίαν ἢ ναυάγιον, τὰ σωζόμενα μέρη τοῦ πλοίου καὶ τῶν φροτίων εἰς συμβολὴν ἐρχέσθωσαν.

ii. Φορτία μεγάλα καὶ πολύτιμα μὴ ἐμβαλέτωσαν οἱ ἐμπόροι καὶ οἱ ἐπιβάτεις εἰς πλοῖον παλαιόν. Εἰ δὲ ἐμβάλωσιν, ἐὰν τοῦ πλοίου ἀρμενίζοντος πάθῃ ἢ διαφθαρῇ, ὁ φορτώσας τὸ παλαιόν πλοῖον ἀεντὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἀπώλεσεν. ὅταν δὲ fol. 37v. οἱ ἐμπόροι ναυλῶνται, ἐπερωτέτωσαν ἀκριβῶς παρὰ τῶν ἄλλων ἐμπόρων πρὸ αὐτῶν ἐπιπλεόντων καὶ οὕτως ἐπιβαλέτωσαν τὰς ἐνθῆκας. ἐὰν δὲ ἔχῃ τὸ πλοῖον πᾶσαν τὴν ἐπιχειρίαν τελείως, ιστοκεραίαν ἰσχυρὰν, ἀρμενά τε καὶ διρθέρας, ἀγκάρας τε καὶ σχοῖνα καννάβια διάφορα καὶ καρέβροντες ἐξηρτημένους, αὐχένας ἐπιτηδείους καὶ ναύτας τοὺς ἀρκοῦντας νεανικοὺς γοργοὺς γρηγοροῦντας, τὰ πλάγια μὴ παραλελυμένα καὶ ἀπλῶς οἱ ἐμπόροι τὰ πάντα ἐπιζητήτωσαν καὶ οὕτως ἐπιβαλέτωσαν.

iii. Ἐάν τις παρεύθηται ἐν πλοίῳ ἢ ἐν οἴκῳ, γνωστῷ καὶ πιστικῷ παρατιθέσθω ἐπὶ μαρτύρων τριῶν. ἐὰν δὲ ἢ τὸ θέμα βαρὺ, ἐγγράφως τὴν παραθήκην παραδιδότω. ἐὰν δὲ εἴπῃ ὁ δεξάμενος φυλάττειν αὐτὴν, ὅτι ἀπώλετο, δεῖ δειχθῆναι τὴν διωρυγὴν ἢ τὰ σύλλα, πόθεν ὑπεστιν<sup>3</sup> καὶ διμήνειν ὅτι αὐτὸς οὐκ ἐδολεύσατο. ἐὰν δὲ μὴ δεῖξῃ, καθὼς παρέλαβεν, σῶας ἀποδιδότω.

<sup>1</sup> ita cod.

<sup>2</sup> ed. ins. γενέσθαι.

<sup>3</sup> an ὑπέστη?

tota aestimatur. et si iactus fiat, magistro et vectibus non ultra libram unam, gubernatori et proretae non ultra dimidiam libram, nautae grammata tria; pueri et si quis alius simul navigat non ad venditionem adductus tribus minis. Si quis ad venditionem adducatur, duabus minis. Secundum quod et si merces rapiantur vel ab hostibus vel a latronibus vel a piratis cum iis quae ad nautas spectant, et hae ad contributionem veniant et iuxta illam rationem contribuantur. Si lucri societas sit contracta, postquam computata fuerint omnia quae in nave fuerint et ipsa navis, pro lucri portione singuli etiam damnum quod factum est sentiant.

Si magister simul cum nautis neglegens fuerit 10. et iactura evenerit vel naufragium, magister et nautae teneantur mercatori ad damnum reficiendum. quod si ex negligentia mercatoris damnum navis onerisque fieri contigerit, teneatur mercator propter naufragii navisque iacturam. quod si neque magistro impediente, neque nautis, neque mercatore, damnum vel naufragium evenerit, partes servatae navis et oneris in contributionem veniant.

Merces magnas et pretiosas ne imponant 11. mercatores et vectores navi veteri. quod si imposuerint et navis iter faciens detrimentum patiatur vel pereat, is qui veterem navim oneravit se ipsum de terra perdidit. cum vero mercatores conducant, interrogent diligenter alios mercatores, qui antea navigaverint, et sic onera imponant. et an habeat navis omne plene instrumentum, validam antemnam maiorem, vela et segestria, ancoras et rudentes cannabinas diversas et lintres instructos, apta gubernacula et nautas sufficientes, peritos, agiles, vigilantes et latera non dissoluta et in summa de omnibus quaerant mercatores et sic imponant.

Si quis in navī domove deponere velit, apud 12. hominem notum et fidelem deponat coram tribus testibus. quod si grave sit depositum, scriptura confecta depositum tradat. quod si dixerit is qui suscepit rem custodiendam eam periisse, oportet ut perfossio ostendatur et unde furtam accidit et ut ipse iuret sese doli expertem esse. nisi autem haec probaverit, quomodo suscepit, ita et restituat.

η'. Ἐάν εἰσέλθῃ ἐπιβάτης εἰς πλοῖον καὶ ἔχει χρυσίον ἢ ἔτερόν τι, παρατιθέσθω αὐτῷ τῷ ναυκλήρῳ. εἰ δὲ μὴ παραθέμενος εἴπῃ, ὅτι „χρυσίον ἀπώλησα ἢ ἀργύριον“, ἔκυρα ἔστω τὰ παιρ’ αὐτοῦ λεγόμενα. οὐ δὲ ναύκληρος καὶ οἱ ναῦται, ὅμοι οἱ ἐμπλέοντες, δόκον παρεχέτωσαν.

ιδ'. Ἐάν τις δεξάμενος παραθήκῃ ἀρνήσηται αὐτὴν καὶ μαρτυρηθῇ ἐν αὐτῷ καὶ ἔὰν ἐν καιρῷ εὑρεθῇ ἐν αὐτῷ τῷ διμόσαντι ἢ ἐγγράφως ἀποταξιαμένῳ, διπλῆν ταύτην ἀποδώσει, τῆς δὲ ἐπιορκίας τὴν τιμωρίαν ὑπομενέτω.

ιε'. Ἐάν πλοῖον φέρῃ ἐπιβάτας ἢ ἐμπόρους ἢ δούλους παραθήκῃ λαβὼν ὁ ναύκληρος ἐλθῶν ἐν πόλει τινὶ ἢ ἐν λιμένι ἢ ἐν ἀκτῇ, ἔτερον, ἐξελθόντων τινῶν ἐκ τοῦ πλοίου, συμβῇ διωγμὸν ληστῶν ἢ πηρατῶν ἐπιδρομήν γενέσθαι καὶ κελεύσας ὁ ναύκληρος ἐξηλήσει, σωθῆ ἀδειά τὸ πλοῖον καὶ τὰ τῶν ἐπιβατῶν καὶ ἐμπόρων κομιζόμενα, ἀπολαμβανέτω ἔκαστος αὐτῶν τὰ ἴδια αὐτοῦ καὶ τὰ τῶν ἐξελθόντων εἶδη καὶ σκεψή ἀπολαμβανέτωσαν. Εἰ δὲ θελήσει τις τῶν ναυκλήρων ἀμφισβητῆσαι, ὅτι ἐν ἀκτῇ ἔσασεν<sup>1</sup> αὐτὸν ἐν τόπῳ ληστρικῷ, ἔκυρα ἔστω τὰ παιρ’ αὐτοῦ λεγόμενα, ὅτι διωκόμενος ὁ ναύκληρος καὶ οἱ ναῦται ἐφυγον. εἰ δὲ ἐμπόρων ἢ ἐπιβατῶν δοῦλον ἐν παραθήκῃ ὄντα ἀλλότριον ἔσασεν ἐν οἰωδήποτε τόπῳ, τὴν ἀποκατάστασιν τῷ κυρίῳ αὐτοῦ ποιείτω.

ιζ'. Οἱ ναύκληροι καὶ οἱ ἐμπόροι δοῖ δὲν χρήσιματα χρήματα ἐπὶ πλοίου, ἔγγεια μὴ χρησίσθωσαν<sup>2</sup> καὶ ναύλῳ καὶ τοῖς φορτίοις, σωθέντος τοῦ πλοίου καὶ τῶν χρημάτων, μὴ ἐγγένηται τοῖς χρήσιμοις ἐκ τῶν θαλασσῶν κινδύνων ἢ πειρατῶν ἐπιβούλη. ἐκ τῶν ἐγγέων ἀποδιδότωσαν χρημάτων χρῆσιν ναυτικοῖς.

ιζ'. Ἐάν τις δώσει ἐπὶ χρεία κοινωνίας χρυσίον ἢ ἀργύριον καὶ ταύτην κατὰ πλοῖον καὶ ἐγγράψῃται, καθὼς ἀρέσει, ὡς πόσου χρόνου τῇ χρεοκοινωνίᾳ, ἔτερον ὁ λαμβάνων τὸ χρυσίον ἢ τὸ ἀργύριον πληρωθέντος τοῦ χρόνου μὴ ἀποστρέψῃ αὐτὸν τῷ κυρίῳ αὐτοῦ καὶ συμβῇ ἀπὸ πυρός ἢ λικτῶν ἢ ναυαγίου περιπεσεῖν, ἀξιμον μένειν τὸν κέρδον τοῦ χρυσίου καὶ σῶα τὰ ἴδια ἀπολαμβάνειν.<sup>3</sup> ἔὰν δὲ τοῦ χρόνου τῶν συνθηκῶν μὴ πληρωθέντος, συμβῇ τὸν κατὰ θάλασσαν κινδύνον ἀπάλειπται γενέσθαι, καθάπερ τοῦ κέρδους, ἔδοξε καὶ τὰς ζημίας πρὸς τὰ μέρη κατὰ τὰς συνθήκας ἀναδέχεσθαι.

ιη'. Ἐάν τις χρήματα χρησίμενος ἀποδημήσει, ἐξελθόντος τοῦ χρόνου, οὐ ἔὰν συνθῶται, κομιζέσθωσαν ἐκ τῶν ἐγγέων κατὰ τῶν νόμων. ἔτερον

Si ingressus sit vector in navim habeatque aurum vel aliud quid, apud ipsum magistrum deponat. quodsi, deposito non facto, dicat „aurum perdidī vel argentum“, nullius momenti sint quae ab eo dicantur. magister autem et nautae una cum navigantibus iusiurandum praestanto.

Si quis, deposito accepto, id neget atque testibus fuerit convictus et si tunc temporis apud eum qui iuraverit vel in scriptis infitiatus sit depositum inveniatur, duplum eius reddat et periurii poenam sustineat.

Si navis ferat vectores vel mercatores, vel, servis in deposito acceptis, magister veniat ad civitatem quandam vel ad portum vel ad litus, si, quibusdam ex navi egressis, contingat adgressum fieri latronum vel piratarum incursum, et magister celeumate facto sese expeditat et servetur navis et merces vectorum et mercatorum, unusquisque eorum sua recipiat et corum qui sunt egressi merces et suppellecilem recipiant. Quod si quis cum magistro contendere voluerit eo quod sese in litore reliquit, in loco latronibus obnoxio, nullius momenti sint quae ab eo dicantur, quia persecutus magister cum nautis aufugit. Quod si mercatorum vel vectorum [quis] servum alienum apud se depositum in quoever loco reliquerit, restitutionem faciat domino eius.

Magistri et mercatores, quicunque mutuam pecuniam in navigationem sumpserint, non teneantur nec de naulo nec de mercibus, [nisi] servata nave et pecunia et nisi pecuniae ex maris tempestatibus piratarum incursu periculum imminuerit. de pecuniis autem ita mutuatis usuras solvant nauticis.<sup>1</sup>

Si quis aurum vel argentum in societatem mutuo dederit et ad navigationem et in scriptis retulerit, prout placuerit, quoisque lucri societas [durare debeat], si is qui aurum vel argentum accepit, tempore impleto, non id reddiderit eius domino et contingat igni vel latronibus vel naufragio perire, nullo detimento adficitur dominus auri et salva recipit sua. si vero, contractus tempore nondum impleto, contingat periculum in mari vel interitus, sicut luceri ita et damni placuit partes secundum conventionem sustineri.

Si quis mutua pecunia sumpta peregre sit prefectus, tempore elapso de quo inter eos convenit fideiussores secundum leges exsolvent. Quod si

<sup>1</sup> Sie in cod. Antea lege τὰς ναυκλήρων.

<sup>2</sup> ita cod.

<sup>1</sup> Cf. Pardessus p. 247 n. a.

μὴ ἔχωσι πᾶς κομίσωνται, ἔσται αὐτοῖς τὰ μὲρα  
χρήματα ἔγγεια, οἱ δὲ τόκοι ναυτικοὶ παντὸς τοῦ  
χρόνου δύον ἀποδημήσει.

*ιθ'.* Εἰν πλοῖον ναυλώσηται τις, δάσει δὲ ἀρραβώνα καὶ μετέπειτα εἴποι· χρεῖαν οὐκ ἔχω,  
ἀπόλλει τὸν ἀρραβώνα. ἐὰν δὲ ὁ ναύκληρος  
ἄλιμη<sup>1</sup> ποιήσῃ, ἀποδιδότω τῷ ἐμπόρῳ διπλοῦν  
τὸν ἀρραβώνα.

*ιι'.* Ὡς ἀν πλοῖον ναυλώσηται, ἔγγραφα συνεσφραγισμένα κύρια εἴτο· εἰ δὲ μὴ, ἔκνοια γραφέτωσαν δὲ καὶ ἐπιτίμια, ἐὰν θέλωσιν, ἐὰν δὲ μὴ συγγράψωνται καὶ ψεύσηται ὁ ναύκληρος ἢ ὁ ναυλούμενος, ἐὰν μὲν ὁ ναυλούμενος παρέσχῃ<sup>2</sup> τὰ χρήματα, τότε τοῦ ἐπιφόρτου<sup>3</sup> ἀποδιδότω τὸ  
ῆμισυ τοῦ ναυλοῦ τῷ ναυκλήρῳ. ἐὰν δὲ ὁ ναύκληρος ψεύσηται, ἀποδώσει τὸ ἑμισυ ναυλοῦ  
τῷ ἐμπόρῳ. ἐὰν δὲ θελήσῃ ὁ ἐμπόρος τὰ φροτία  
ἔξελέσθαι, ἀποδώσει τὸ πᾶν ναυλοῦ τῷ ναυκλήρῳ· ἢ δὲ πρᾶξις ἔστω τούτων τῶν ἐπιτιμῶν,  
καθάπερ εἰ ἐκδικήσει τις τινα.

*ιιι'.* Εἰν ποιωνίαν ποιήσωσιν ἔγγράφως<sup>4</sup> δύο καὶ  
ἀμφότεραι τὰ μέρη καθομολογήσωσιν, ὅτι „κοινωνίαν καὶ ἄλλου καιροῦ ἐποιήσαμεν ἔγράφως  
καὶ πίστιν ἐστοῖς ἐφυλάξαμεν καὶ τὸ τέλος πάντοτε περὶ μιᾶς ἐνθήκης ἐτελέσαμεν“, ἐὰν τὸ ἐν  
πλοῖον συμβῆ τινα πειθεῖν ἢ σαβουράτον<sup>5</sup> περιφορτωμένον, τὰ σωθέντα τῷ παντόντι τέταρτον  
μέρος ἐπιφερέτω, ἐπειδὴ ἔγγραφα οὐ προφέρουσιν,  
ἄλλα λόγῳ μόνῳ ποιωνίαν συνετάξαντο. τὰ δὲ  
ἔγγραφα σφραγιζόμενα βέβαια καὶ ισχνὰ ἔστωσαν εἰ<sup>6</sup> τὰ σωζόμενα τοῖς ἀπολλημένοις συνεργάσθωσαν.

*fol. 50v.* *ιβ'.* Ο ναύκληρος μὴ ἀγαγέτω πλήν ὑδατος καὶ  
ἐφοδίων [καὶ] ἀφ' ὧν χρῶνται σκοινίων τὰ πλοῖα,  
ἐὰν ὁ ἐμπόρος ἐμβάλληται τὸν γόμον ὃλον κατὰ  
τὰς συνθήκας τῶν ἔγγράφων καὶ ἐὰν θελήσῃ  
ὁ ναύκληρος φορτία ἄλλα ἐπιφέρειν μετὰ ταῦτα,  
ἐὰν μὲν χωρῇ τὸ πλοῖον, βαλέτω· εἰ δὲ μὴ χωρεῖ,  
ὁ ἐμπόρος ἐπὶ μαρτύρων τριῶν ἀντιτασσέτω τῷ  
ναυκλήρῳ καὶ τοῖς ναύταις καὶ, ἐὰν ἐκβολὴ γένηται,  
τῷ ναυκλήρῳ ἔσται· ἐὰν δὲ μὴ κωλύσῃ ὁ  
ἐμπόρος, εἰς συμβολὴν ἐρχέσθω.<sup>6</sup>

*ιγ'.* Εἰν συγγράψωνται ὁ ναύκληρος καὶ ὁ ἐμπόρος, κύρια ἔσται· ἐὰν δὲ ὁ ἐμπόρος μὴ παρέχῃ  
τὸν γόμον πλήρη, τῶν λοιπαζομένων παρεχέτω  
τὰ ναυλα, καθὼς συνεγράψατο.

*ιδ'.* Εἰν ὁ ναύκληρος λαβὼν τὰ ἑμισυ<sup>7</sup> ναυλα  
πλεύσῃ καὶ βουληθῇ ὁ ἐμπόρος ὑποστρέψαι,

non habeant unde solvant, erunt quidem ipsis bona  
obligata et usurae nauticae per totum tempus, quo  
afuerit, [solventur].

Si quis navem conduxit, arrhamque dederit<sup>18.</sup>  
et deinde dixerit: mihi ea non est opus, arrham  
perdit. quod si magister aliter fecerit, reddet mer-  
catori duplum arrhae.

Quicunque navim conduxit, si scripta signata<sup>20.</sup>  
fuerint, rata habeantur; sin minus, irrita. Scribant  
et poenas, si voluerint, quod si non conscripserint  
et infitias eat magister vel conductor, si quidem  
conductor merces praebuerit, tunc nauli dimidium  
magistro dato. quod si magister infitiatu sit, di-  
midium nauli reddat mercatori. quod si voluerit  
mercator merces eximere, totum naulum magistro  
restituat; exactio autem harum poenarum fiat,  
veluti quadam vindicatione.

Si duo inierint in<sup>1</sup> scriptis societatem et utraque<sup>21.</sup>  
pars confessa fuerit: „alio quoque tempore societatem  
sine scriptura contraximus et fidem invicem servavimus  
et tributum semper de uno onere solvimus“, si una navis quid detrimenti patiatur vel saburata  
vel mercibus onerata, quae incolumes remanserunt  
naves ei, quae damnum passa est quartam partem  
contribuant, quoniam scripta non proferunt sed  
verbis tantummodo societatem contraxerunt. Scripta  
autem signata firma validaque sint et quae salva-  
sunt eis quae perierunt contribuant.

Magister secum ne ferat nisi aquam et com-<sup>22.</sup>  
meatum et funes, quibus naves opus habet, cum  
mercator invexerit totum onus secundum id quod  
in scriptis convenit. et si voluerit magister alias  
merces adducere post eas, si quidem capit navis,  
inferat; si non capit, mercator coram tribus testi-  
bus resistat magistro et nautis et ideo, si iactus  
factus fuerit, ad magistrum spectabit. si vero mer-  
cator non prohibuerit, ad contributionem veniat  
[onus].

Si scripturam fecerint magister et mercator, rata<sup>23.</sup>  
esto; si vero mercator non praestet integrum onus,  
etiam eius quod deficit naulum praebeat, sicuti  
scriptura convenit.

Si magister dimidio naulo accepto navigaverit<sup>24.</sup>  
et voluerit mercator reverti, cum iam instrumentum

<sup>1</sup> ita cod. cf. 24. <sup>2</sup> ita cod. <sup>3</sup> τὰ χρήμ. ἐπὶ τῷ  
φόρτῳ ed. <sup>4</sup> ἀγρ. ed. <sup>5</sup> I. καὶ. <sup>6</sup> —σαν ed. <sup>7</sup> sic cod.

<sup>1</sup> l. sine.

ἔγγραφα δὲ συνεσφράγισαν, διὰ δὲ τὴν<sup>1</sup> ἐμπόδιον ἀπόλλειν<sup>2</sup> τὸν ἔμπορον τὰ ἡμίνευλα.<sup>3</sup> εἰν δὲ ὁ ναύκλιος τῶν ἔγγραφων γενομένων ἄλλην<sup>4</sup> ποιήσῃ, διπλᾶ ἀποδίδοτο τὰ ἡμίνευλα.

*πε'. Έάντι ή προθεσμία τῶν ἡμερῶν τῶν ἔγγραφων μένων παρέλθῃ ἡώς ἡμερῶν δέκα, παρεχέτω ὁ ἐμπορος τὰς σιταρχίας<sup>5</sup> τῶν ναυτῶν. εἰν δὲ παρέλθῃ καὶ ή δευτέρα προθεσμία, πρὸ πάντων πληρώσας τὸ ναῦλον ὁ ἐμπορος κατεχέσθω. εἰ δὲ θελήσει ὁ ἐμπορος προσθῆγαι ποσότητα, τὸ ναῦλον<sup>6</sup> διδότω καὶ ἐμπλεστόν παθῶς εἰν δόξῃ.*

*πζ'. Έάντι τινος τῶν ναυτῶν ἡ ναυκλήσων ἐκκοιτοῦντος ἐκ τοῦ πλοίου, συμβῇ ἀπόλλειαν γενέσθαι τοῦ πλοίου νυκτὸς ή ἡμέρας, πᾶσαν τὴν ζημίαν ἐφορᾶν τοὺς ἔξω κιονιούντας ναύτας ή ναυκλήσους· τοὺς δὲ εἰς τὸ πλοῖον μείναντας ἀζημίους μένειν· τοὺς δὲ ἀμελήσαντας προσφέντεν τῷ δεσπότῃ τοῦ πλοίου τὴν διὰ τῆς αὐτῶν ἀμελείας προσγενένην ζημίαν.*

*πζ'. Έάντι πλοῖον ἀπέονται εἰς γόμον ἐμπόρου ή κοινωνίας, συμβῇ δὲ τὸ πλοῖον πειθεῖν, ή διαφθαρεῖναι<sup>7</sup> κατὰ ἀμέλειαν τῶν ναυτῶν ή τοῦ ναυκλήσου, ἀκίνδυνα εἴτε τὰ φορτία τὰ ἐν δρόῳ<sup>8</sup> πείμενα. εἰ δὲ μαρτυρηθῇ ὅτι ζέλης γενομένης ἀπόλετο, εἰς συμβολὴν ἐρχέσθωσαν τὰ σωζόμενα τοῦ πλοίου ἄμα καὶ φορτίοις. τὰ δὲ ἡμίνευλα κατεχέτω ὁ ναύκλιος. εἰν δὲ τις ἀρνήσεται τὴν κοινωνίαν καὶ ἐλεγχθῇ ὑπὸ μαρτύρων τριῶν, τὴν μὲν κοινωνίαν ἀποδίδοτω, τῆς δὲ ἀρνήσεως τὴν τιμωρίαν ὑπομενέτω.*

*πη'. Έάντι πλοῖον ἐν τῇ ἐμβολῇ ἐμποδισθῇ ὑπὸ τοῦ ἐμπόρου ή κοινωνοῦ, πληρωθείσης τῆς προθεσμίας, καὶ συμβῇ ἀπὸ πηρατείας ή πυρκαϊδὸς ή ναναγίου ἀπόλλειαν γενέσθαι τοῦ πλοίου, ὁ τὴν<sup>9</sup> ἐμπόδιον ποιήσας εἰσφερέτω τὰς ζημίας.*

*πζ'. Έάντι ὁ ἐμπορος ἐν τῷ τόπῳ, ὅθεν συγγράψωνται, μὴ παρέσκη τὰ φορτία πληρωθείσης τῆς προθεσμίας καὶ συμβῇ ἀπὸ πηρατείας ή πυρκαϊδὸς ή ναναγίου ἀπόλλειαν γενέσθαι, ἐφορᾶν πᾶσαν τὴν ζημίαν τοῦ πλοίου τὸν ἔμπορον. έάντι δὲ, μὴ πληρωθέντων<sup>10</sup> τῶν ἡμερῶν τῆς προθεσμίας, συμβῇ τι τῶν εἰρημένων, εἰς συμβολὴν ἐρχέσθωσαν.*

*κ'. Έάντι ὁ ἐμπορος φορτώσας τὸ πλοῖον, χρονίον δὲ ἔσται μετ' αὐτοῦ<sup>11</sup> καὶ τι τῶν κατὰ θάλασσαν κινδύνων συμβῇ παθεῖν τὸ πλοῖον καὶ φορτώ-*

signaverit, propter impedimentum perdit mercator dimidium nauili. quod si magister, instrumento confecto, aliter fecerit, reddat in duplum nauili dimidium.

*Si terminus dierum instrumento comprehensarum practerierit usque ad dies decem, praestet mercator cibaria nautis. quod si et alter terminus praeterierit, ante omnia nauilo plene soluto mercator exeat. quod si voluerit mercator summam addere, nauilum solvat et adiecat, quomodo convenit.* 25.

*Si, cum quidam nautarum vel magistrorum extra navem dormiisset, contigerit navim perire interdiu vel noctu, omne detrimentum ad nautas vel magistros foris cubantes spectat. si vero qui in navi manserint, securi erunt; qui autem neglegentes fuerint, hi navis domino referent damnum, quod propter eorum culpam factum est.* 26.

*Si proficiscatur navis cum onere ex conductione vel ex societate et contingat navim detrimentum pati vel perire propter nautarum culpam, securae erunt merces in horro positae. quod si testibus fuerit probatum navim propter tempestatem perisse, ad contributionem veniant quae servata sunt de navi una cum mercibus. nauili vero dimidium magister retineat. quod si quis neget societatem consistere et tribus testibus fuerit convictus, societatis quidem debitum persolvat et infitiationis poenam sustineat.* 27.

*Si navis in oneratione impediatur a mercatore vel a socio, cum fuerit tempus impletum, et contingat piratarum vel incendii vel naufragii causa navim perire, is qui impedimentum attulit damnum reficiat.* 28.

*Si mercator in eo loco, de quo in scriptis convenit, non praestiterit merces, impleto tempore, et contingat piratarum vel incendii vel naufragii causa interitum fieri, omne damnum navis ad mercatorem spectat. quod si nondum impletis diebus statuti temporis quid dictorum acciderit, ad contributionem veniant.* 29.

*Si mercator navem oneraverit, pecunia autem apud eum fuerit, et quid maritimi periculi contingit navem pati et onus perierit et navis disso-* 30.

<sup>1</sup> ita ut de more cod.    <sup>2</sup> —λλυσιν ed.    <sup>3</sup> cod. hic.  
et alibi ἥμην (—ῆρ) ναῦλα.    <sup>4</sup> cf. c. 19.    <sup>5</sup> sic cod.

<sup>6</sup> ποσ. τοῦ ναῦλου ed.    <sup>7</sup> de more cod.    <sup>8</sup> ita cod.  
h. e. ὠρειφ. Ed. ἐν ἐνορίφ.    <sup>9</sup> cf. c. 24.    <sup>10</sup> ita cod.

<sup>11</sup> ita cod. ἔχη δὲ χρ. ed.

σας ἀπόληται καὶ τὸ πλοῖον διαλυθῆ, τὰ ἐκ τοῦ πλοίου σωζόμενα καὶ τοῦ φόροτον εἰς συμβολὴν ἐρχέσθωσαν, τὸ δὲ χρονίον τοῦ ἐμπόρου ἐγκομιζέτω μεθ' ἑαυτοῦ, δεκάτας δὲ ἀποδιδότα. ἐὰν δὲ μή τι τῶν σκευῶν τοῦ πλοίου κατασχὼν ἐσώθη, τὰ ἡμίναντα ἀπὸ τῶν ἐγγράφων παρεχέτω· εἰ δέ τι τῶν σκευῶν τοῦ πλοίου κατασχὼν ἐσώθη, πέμπτας ἐπιφερέτω.

λα'. Ἐὰν ὁ ἐμπόρος φορτώσῃ τὸ πλοῖον καὶ τι συμβῇ τῷ πλοίῳ, τὰ σωζόμενα πάντα εἰς συμβολὴν ἐρχέσθωσαν ἐκάτερα<sup>1</sup> τὸ δὲ ἀργύριον ἐὰν σώζηται, πέμπτας ἐπιδιδότω· ὁ δὲ ναύκληρος καὶ οἱ ναῦται βοηθείας παρεχέτωσαν εἰς τὸ σῶσαι.

λβ'. Ἐὰν πλοῖον ἐπὶ γόμον ὑπέγῃ ἐμπόρου ναύλῳ ἢ κοινωνίᾳ καὶ τῶν κατὰ θάλασσαν συμβῆ, τὰ μὲν ἡμίναντα μὴ ἀπαιτεῖν τὸν ἐμπόρον, τὰ δὲ τοῦ πλοίου καὶ τῆς ἀνθίκης εἰς συμβολὴν ἐρχέσθωσαν. ἐὰν δὲ καὶ προσορείαν δώσῃ ὁ ἐμπόρος ἢ ὁ τὴν κοινωνίαν,<sup>2</sup> καθὼς συνεγράψατο, κύριος ἔστω.

λγ'. Ἐὰν ὁ ἐμπόρος θεὶς<sup>3</sup> τὰ φορτία ἐπὶ τῷ τόπῳ τῶν συνθηκῶν, ὅ, τι πάθῃ τὸ πλοῖον, τὸ μὲν<sup>[ν]</sup> ναῦλον εἰς πλήρης<sup>4</sup> εἰσκομιζέσθω ὁ ναύκληρος ὑπὸ τοῦ ἐμπόρου, τὰ δὲ ἐνόραια<sup>5</sup> ἐκβεβλημένα ἀκίνδυνα εἶναι ὑπὸ τῶν συμπλεόντων τοῦ πλοίου<sup>6</sup> μετὰ τοῦ πλοίου, τὰ δὲ ἐνορισμένα ἐν τῷ πλοίῳ ἄμα τοῦ πλοίου<sup>7</sup> εἰς συμβολὴν ἐρχέσθωσαν.

λδ'. Ἐὰν πλοῖον ὁθώνην ἢ βέστιν<sup>8</sup> κομίζῃ, ὁ ναύκληρος διφθέρας καλᾶς παρεχέτω, ἵνα μὴ ἐπὶ χειμῶνος τῇ ἐπικλύσει τῶν κυμάτων τὰ φορτία ἀδικηθῆ. ἐὰν δὲ τὸ πλοῖον ὑπεραντλήσῃ, ὁ ναύκληρος εὐθὺς λεγέτω τοῖς τὰ φορτία ἔχουσιν ἐν τῷ πλοίῳ, ἵνα ἡ ἐκθεσις γένηται τῶν φορτίων. ἐὰν δὲ οἱ ἐπιβάται φανερὸν ποιήσωσι τῷ ναύκληρῳ καὶ εἴθ' οὕτω βλάβη τὰ φορτία, ὑπεύθυνον εἶναι τὸν ναύκληρον ἄμα τοῖς ναύταις. εἰ δὲ προδιαιραρτύσονται ὁ ναύκληρος ἄμα τοῖς ναύταις ὅτι τὸ πλοῖον ὑπερήντησε καὶ ἐκθέσθαι, οἱ δὲ ἐμβαλλόμενοι τὰ φορτία ἀμελήσωσι τοῦ ἐκθέσθαι, ἀξέησιοι εἴτωσαν ὃ τε ναύκληρος καὶ οἱ ναῦται.

λε'. Ἐὰν πλοῖον ἐκβολὴν ποιήσηται τῆς καταρτίας αὐτομάτως ἀποβαλλομένης ἢ κοπτομένης, πάντες οἱ ναῦται καὶ οἱ ἐμπόροι καὶ τὰ φορτία καὶ τὸ πλοῖον σωθέντα εἰς συμβολὴν ἐρχέσθωσαν.

λζ'. Ἐὰν πλοῖον ἀρμενίζον ἔλθῃ ἐπάνω πλοίου ἐτέρου ὁρμῶντος ἢ καλάσσαντος τὰ ἀρμενα ἥμε-

luta fuerit, ea quae ex navi servata sint et ex onere in contributionem veniant. aurum vero emptoris ipse secum tollat, decimas autem solvat. quod si nihil ex navis mercibus retinens servatus sit, dimidium nauli preebeat secundum scripta: si vero quid ex mercibus retinens servatus sit, quintas partes contribuat.

Si mercator navim oneret et quid navi contin- 31. gat, quaecunque servata sint ad contributionem veniant utrinque; argentum autem, si servetur, quintam partem contribuat. Magister autem et nautae auxilium ad servandum praestanto.

Si navis oneretur a mercatore vel naulo con- 32. ducta vel societatis ratione et quid in mari acciderit, dimidium nauli a mercatore non petatur, navis autem et onus ad contributionem veniant. quod si mercator vel socius antea quid dederit, sicuti conscripserit, pacta rata sunt.

Si posuerit mercator merces in loco convento 33. et quid navis patiatur, naulum quidem integrum magister exigat a mercatore, ea vero quae in horrea iniecta sunt nullam debeant contributionem iis qui simul in navi navigant et ipsi navi. quae vero in navi inveniantur cum ipsa navi in contributionem veniant.

Si navis lintea vestem ferat, magister sege- 34. stria bona preebeat, ne tempestatis tempore fluctuum inundatione merces detrimento adficiantur. quod si navis aqua repleatur, magister statim dicat iis qui merces habent in ipsa navi, ut mercium fiat expositio. quod si vectores certiore magistrum faciant et sic deinde damnum merces sentiant, magister una cum nautis obligatus erit; quod si antea denuntiet magister una cum nautis navim inundatam esse, expositionemque esse faciendam, atque ii qui merces induxerint merces exponere neglegant, securi sint magister et nautae.

Si navis amissionem arboris subeat, casu abiecta 35. ea vel caesa, omnes nautae et mercatores et merces et navis servatae ad contributionem veniant.

Si navis iter faciens delata sit interdiu in aliam 36. navem ancoratam vel quae vela laxaverit, omnis

<sup>1</sup> ita pro ἐκπατέρωθεν. <sup>2</sup> ed. add. ποιήσας. <sup>3</sup> ita et alibi p. 118, n. 1. 119, n. 3. <sup>4</sup> ita cod. (εἰς πλήρες?).

<sup>5</sup> an ἐν ἀρμενᾷ? ἐν scil. cum accus. de quo in hac lege nihil est cur miremur. ἐμπόρου ed. <sup>6</sup> sic de more (σὺν . . τοῦ). <sup>7</sup> de more. <sup>8</sup> ita cod.

ρας οὖσης, πᾶσαν τὴν συντριβὴν καὶ τὴν ἀπόλειαν ἐφορᾶν τὸν τε ναύκληρον καὶ τὸν ἑμίπλεοντας. Ιοιπὸν δὲ καὶ τὸ φροτίον εἰς συμβολὴν ἐρχέσθω. εἰ δὲ ταῦτα πυκτὸς οὖσης συμβῆ, ὁ τὰ ἄρμενα χαλάσσας πῦρ ἀπτέτω. εἰ δὲ καὶ πῦρ οὐκ ἔχει, κραυγὴς παρεχέτω. εἰ δὲ ἀμελήσας<sup>1</sup> ποιῆσαι καὶ συμβῆ ἀπάλειν<sup>2</sup>, ἐστὸν ἀπάλεσεν, εἰ ταῦτα οὕτως μαρτυρηθῶσιν. εἰ δὲ καὶ ὁ ἄρμενιστὴς ἀμελήσας καὶ ὁ βιγλεοφόρος ἀποκοιμηθῇ ὡς εἰς βράχη ἀπώλετο ἄρμενῖζων καὶ ὃν κρούσσει ἀξέμιον φυλαττέτω.

λεγ'. Εάν τι πάθῃ τὸ πλοῖον καὶ σωθῇ τὰ τῶν ἑμπόρων ἢ ἐπιβατῶν, τὸ δὲ πλοῖον ἀπώληται,<sup>3</sup> τὰ μὲν γραμματεῖα<sup>4</sup> σωζόμενα πεντεκαιδεκάτες παρεχέτωσαν, ὁ δὲ ἑμπορος καὶ οἱ ἐπιβάται μὴ δότωσαν τῷ ναυκλήρῳ τὸ πλοῖον.

ληγ'. Εάν πλοῖον περιφορωμένον σῖτον<sup>5</sup> ἐν ζέλῃ παταλειφθῇ, ὁ ναύκληρος διφθέρας παρεχέτω καὶ οἱ ναῦται ἀντλήτωσαν. εἰ δὲ ἀμελήσουσι καὶ βρεχεῖ ὁ φόρτος ἐκ τῆς ἀντλίας, οἱ ναῦται ξημοιύσθωσαν. εἰ δὲ ἀπὸ τῆς ζέλης ὁ φόρτος ἀδικηθῇ, ἐπιγινωσκέτωσαν τὴν ξημίαν ὁ τε ναύκληρος καὶ οἱ ναῦται ἄμα τῷ ἑμπόρῳ, τὰς δὲ διεκόπτας ἢ ἔκτας ἐκάστων σωζόμενων κομιζέσθω ὁ ναύκληρος ἄμα τοῦ πλοίου καὶ τοῖς ναύταις.<sup>6</sup> ἀποβολῆς δὲ γενομένης εἰς θάλασσαν, ὁ ἑμπορος πρῶτος ὀπτέτω καὶ οὕτως οἱ ναῦται ἐπιχειρήσωσαν. Μετὰ δὲ τοῦτο μηδεὶς τῶν ναυτῶν σύλλα ποιήσῃ. εἰ δὲ ποιήσει, διπλαὶ ἀποδίδοται ὁ ἐπιβαλλόμενος καὶ τοῦ κέρδους παντὸς ἐκπιπτέτω.

λεγ'. Εάν πλοῖον μεστὸν σῖτον ἢ οἶνον ἢ ἔλαιον βουλήσει τοῦ ναυκλήρου καὶ τῶν ναυτῶν χαλεπάντων τὰ ἄρμενα καὶ<sup>7</sup> εἰσέλθῃ τὸ πλοῖον εἰς τόπον ἢ ἐν ἀκτῇ μὴ βουλομένου τοῦ ἑμπόρου καὶ συμβῆ ἀπάλειαν γενέσθαι τοῦ πλοίου, τὸν δὲ γόμον ἢ τὸ φροτία σωθῆσαι, ἀκίνδυνον εἶναι τὸν ἑμπορον ἐκ τῆς ξημίας τοῦ πλοίου, ἐπειδὴ οὐκ ἐβούλετο εἰσέλθειν εἰς τὸν τόπον ἐκεῖνον. εἰ δὲ ἄρμενῖζοντος τοῦ πλοίου εἴπει ὁ ἑμπορος τῷ ναυκλήρῳ „ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ χοϊζω εἰσελθεῖν“, τοῦ τόπου μὴ ἐγκαμένου ἐν τοῖς ἐγγράφοις, καὶ συμβῆ ἀπάλειαν γενέσθαι τοῦ πλοίου, τὸ δὲ φροτία σωθῆναι, ἀπολεμβανέτω ὁ ναύκληρος τὸ πλοῖον σῶν ἀπὸ τοῦ ἑμπόρου. εἰ δὲ βούλησει τῶν ἀμφοτέρων ἀποβάλλεται τὸ πλοῖον, πάντα εἰς συμβολὴν ἐρχέσθωσαν.

collisio atque interitus ad magistrum et ad nava-gantes pertinet, demum et merces ad contributio-nem veniant. si haec noctu acciderint, is qui vela calaverit, ignem accendat. quod si ignem non habeat, voces edat. quod si facere neglexerit et interitus evenerit, seipsum perdidit, si haec omnia ita fuerint testimoniis probata. Et si veli custos neglegens fuerit et vigiliis praepositus obdormierit sicuti in brevia delatus periit navigans, eius, contra quem impetum fecit, damnum reficiat.

Si quid navis passa fuerit et servatae sint res mercatorum et vectorum, navis autem pereat, res<sup>1</sup> quidem servatae quintam decimam partem impen-dant, mercator autem et vector non dent magistro navis aestimationem.

Si navis frumento onusta tempestate corripiatur, magister segestria praebeat et nautae hauriant. quod si id facere neglexerint et ex sentina onus madefiat, nautarum damnum esto. quod si ex tem-pestate onus damno adficiatur, detrimentum sit magistri et nautarum una cum mercatore, decimas autem vel sextas partes singularium rerum, quae sunt servatae, accipiat magister una cum nave et nautis. iactu autem in mare facto, mercator prior iaciat et sic et nautae facere incipient. Postea vero nemo nautarum aliquid surripiat, nam si fecerit, in duplum reddet is qui iecit et omne lucrum amittit.

Si navis plena frumento vel vino vel oleo volun-tate magistri et nautarum vela laxantium pervenerit ad locum vel ad litus nolente mercatore et con-tingat navim perire, onus autem seu merces ser-vari, nullum periculum pertinebit ad mercatorem ex damno navis, quoniam noluit ad illum locum applicare. quod si nave iter faciente, dixerit magi-stro mercator: „illuc me oportet pervenire“, cum locus in scriptis non contineatur atque inde con-tingat navem perire, merces vero servari, recipiat magister navem a mercatore salvam. quod si vol-luntate utriusque partis amittatur navis, omnia in contributionem veniant.

<sup>1</sup> sic, ut etiam alibi. <sup>2</sup> ed. ins. γενέσθαι, sed cf. p. 113, n. 2. <sup>3</sup> ἀπόλειν cod. <sup>4</sup> de. in ed. <sup>5</sup> ita cod. <sup>6</sup> nota ἄμα cum genetivo pariter et dativo. <sup>7</sup> de. in ed.

<sup>1</sup> ad litt. instrumenta (sed textus, vitio laborat).

μ'. Έὰν πλοῖον συμβῆ νανάγιον παθεῖν καὶ σωθῆ μέρος τοῦ γόμου καὶ τοῦ πλοίου, ἐὰν οἱ ἐπιβάται βαστάζωσι μεθ' ἑαυτῶν χρυσῖον ἢ ἀργύριον ἢ ὀλοσηρικὰ ἢ μαργαρῖτας, τὸ μὲν χρυσίον τὸ σωζόμενον δικάτας παρεχέτω, τὸ δὲ ἀργύριον πέμπτας ἐπιφερέτω· τὰ δὲ ὀλοσηρικά, ἐὰν ἄρδοχα σωθῶσι, δικάτας ἐπιφερέτωσαν, ἡσ δόμοια ὅντα τοῦ χρυσίου εἰ δὲ βραχῶσι, κονφιζέσθωσαν τὴν ὑποτριβὴν καὶ τὴν ἀποβορὴν καὶ οὕτως εἰς συμβολὴν ἐρχέσθωσαν. οἱ δὲ μαργαρῖται, καθὼς ἐκτιμηθῶσι, χρυσίου φόρτον τελείωσαν τὴν ἀπώλειαν.

μα'. Έὰν πλέωσιν ἐν πλοίῳ ἐπιβάται καὶ διαφθαρῷ ἢ ἀπόληται τὸ πλοῖον, τὰ δὲ τῶν ἐπιβατῶν σωθῆ, ἐπιφερέτωσαν οἱ ἐπιβάται εἰς τὴν ἀπώλειαν τοῦ πλοίου. ἐὰν δὲ ἐπιβάται δύο ἢ τρεῖς ἀπολεσσούσι τὸ χρυσίον αὐτῶν ἢ τὰ εἴδη, ἀπὸ πάντων λαμβανέτωσαν κατὰ τὴν δύναμιν πρὸς τὴν ἀπώλειαν ἔμα τῆς συμβολῆς τοῦ πλοίου.

μβ'. Έὰν πλοῖον τρυπήσῃ φροτία κομίζον, τὰ δὲ φροτία ἐξαιρεθῆ, ἐπὶ τῷ ναυάκληρῷ ἕστω, ἐὰν δὲ<sup>1</sup> θελήσῃ ἐν τῷ πλοίῳ κομίζειν ἢ ἐν τῷ συγκειμένῳ ἐμπορῷ, ἐὰν τὸ πλοῖον ἐξηρτισμένον<sup>2</sup> ἦν, εἰ δὲ μὴ ἐξηρτισμένον<sup>3</sup>, ἀλλο δὲ πλοῖον ἐὰν φέρῃ<sup>4</sup> ὁ ναύακληρος εἰς τὸ συγκείμενον ἐμπορεῖον, διδότω τὸ πᾶν ναῦλον.

μγ'. Έὰν πλοῖον ἐπὶ χειμῶνι καταλιηθῆ καὶ ἐκβολὴν ποιήσῃ τοῦ γόμου καὶ κεράταιν κλέσιν καὶ καταρτία[ς] καὶ αὐχένων καὶ ἀγκυρῶν καὶ ἐφολκίων, ταῦτα κάντα εἰς συμβολὴν ἐρχέσθωσαν ἔμα τῆς τιμῆς τοῦ πλοίου καὶ τῶν σωζομένων φροτίων.

fol. 59v.  
μδ'. Έὰν πλοῖον ἔχῃ γόμου καὶ ἐν ξέλῃ ἐκβολῇ τῆς καταρτίας γένηται, ἢ τῶν αὐχένων κλέσις ἢ ἀπώλειά τινος τῶν ἐφολκίων, ἐὰν μὲν ἐκ τῆς ξέλης συμβῆ τὸν γόμον βραχῆται, ἀνάγκη πᾶσα εἰς συμβολὴν ταῦτα ἐρχεσθαι. εἰ δὲ ὁ γόμος ἐκ τῆς ἀντλίας πλείω βλαβῆ, καὶ εὐχὴ ἐκ τῆς ξέλης, τὰ ναῦλα λαμβανέτω ὁ ναύακληρος καὶ τὰ εἴδη παραδιδότω ἔηρὰ μέτρῳ καθὼς παγέλαβεν.

με'. Έὰν ἐν πελάγει πλοῖον στραφῆ<sup>5</sup> ἢ διεισθεῖσο, ὁ ἀποσώζων τι ἐξ αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν λαμβανέτω ἐντὸν μισθοῦ τὸ πέμπτον μέρος.

μζ'. Έὰν κάραβος ἀπὸ ιδίου πλοίου τὸ σχοῖνα διαρρίξεις ἀπόληται ἔμα καὶ τοῖς ἐμπλεόνσιν ἐν αὐτῷ, ἐὰν οἱ πλέοντες ἀπόλεσσοιν ἢ ἀποθάνωσι, τὸν μισθὸν τὸν ἐνιαυσιαῖον ἀποδιδότω ὁ ναύακληρος εἰς πλήρης<sup>6</sup> τοῦ ἐνιαυτοῦ τοῖς τούτων

Si navem contingat naufragium pati partemque 40. oneris et navis servari, si vectores secum tulerint aurum vel argentum vel holoserica vel margarita, id aurum quod servatum est decimam partem contribuat, argentum quintam afferat. holoserica vero, si absque madefactione serventur, contribuant decimas tanquam auro similia. Quod si madefiant, damnum et madefactio detrahantur et sic ad contributionem veniant. Margarita autem, secundum aestimationem, ad auri onus redacta ad reparacionem interitus contribuant.

Si navigent in navi vectores et detrimentum vel 41. interitus navis acciderit, res vero vectorum servatae sint, in contributionem veniant vectores propter navis interitum. quod si vectores duo vel tres aurum suum amiserint vel merces, ab omnibus accipient secundum facultatem pro interitu, una cum navis contributione.

Quod si navis rimis laboret merces vehens et 42. merces exemptae sint, in magistri facultate sit, si velit, eas nave vehere vel ad emporium pactis comprehensum, si navis sit instructa. quod si instructa non sit, alia vero navis si ad emporium de quo sunt pacti ferat, totum naulum magister dato.

Si navis tempestate correpta sit iactumque 43. fecerit oneris et antennarum rupturam et arboris et gubernaculorum et ancorarum et scapharum, haec omnia ad contributionem veniant una cum pretio navis et mercium servatarum.

Si navis habeat onus et in tempestate iactus 44. fiat arboris vel gubernaculorum fractio vel cuiusdam ex scaphis interitus, si ex tempestate contingat onus madefieri, oportet omnino ut haec in contributionem veniant. quod si onus ex sentina magis et non ex tempestate madefiat, nauula accipiat magister et merces reddat siccas mensura, qua accepit.

Si in mari navis correpta vorticibus vel corrupta fuerit, is qui ex ea aliquid servavit ad terram ferens, pro mercede quintam partem capiat.

Si scapha a propria nave, funibus ruptis, 46. disiecta pereat una cum iis, qui in ea navigant, si navigantes pereant vel deceendant, mercedem annuam magister reddat ad annum implendum eorum heredibus. qui vero scapham servat cum instru-

<sup>1</sup> de. in ed.      <sup>2</sup> —ημένον hic et infra ed.      <sup>3</sup> γ  
add. ed. Sed cfr. p. 118 n. 1 et alibi.      <sup>4</sup> ἐπιφ. ed.

<sup>5</sup> τραπῆ ed.      <sup>6</sup> cf. p. 117, n. 4.

κληρονόμους. ὁ δὲ τὸν κάραβον ἀποσώζων σὺν τῶν ἐφοικίων<sup>1</sup>, καθὼς ἐν ἀληθείᾳ εὐρήσῃ<sup>2</sup>, πέντε ἀποδώσει, λαμβάνων ὁ ἀποσώσας τὸ πέμπτον μέρος.

*μετ'.* Εἴναι χρυσίον ἢ ἀργύριον ἢ ἔτερον τι ἐκ βυθοῦ ἐπαρθῆ ἀπὸ δορυιῶν δκτῶ, λαμβανέτω ὁ ἀποσώζων τὸ τρίτον μέρος. ἀπὸ δὲ δορυιῶν δεκαπέντε, λαμβανέτω ὁ ἀποσώζων τὸ ἥμισυ, διὰ τὸν κίνδυνον τοῦ βυθοῦ. τῶν δὲ ἐκριπτομένων ἀπὸ θαλάσσης εἰς γῆν καὶ εὑρισκομένων ἢ ἐπιφερομένων ἐπὶ πῆχυν ἔνα, λαμβανέτω ὁ ἀποσώζων δέκατον μέρος τῶν ἀποσωζομένων.

mentis, sicuti reapse inveniantur, omnia reddat, accipiens pro re servata quintam partem.

Si aurum vel argentum vel aliud quid ex profundo sublatum sit a cubitis octo, accipiat is qui servat tertiam partem. si a cubitis quindecim, is qui servat accipiat dimidium propter periculum profunditatis. in rebus autem ex mari ad terram iactis et inventis vel mersis ad unum cubitum, is qui servat decimam partem rerum servatarum accipiat.

<sup>1</sup> de more.    <sup>2</sup> ita cod.